Anm.: Die Rückseite der Urkunde ist mit Papier überklebt. Die Schreibung des Datums läßt es unentschieden, ob die Urkunde von 1230 Sept. 29 oder von 1233 Oct. 1 ist. Eine Rückaufschrift des 18. Jahrhunderts löst das Datum in 1230 Sept. 28 auf, während Möller und nach ihm alle Neueren, auch Tittmann Heinrich der Erlauchte 2,170, der Auflösung in 1233 Oct. 1 den Vorzug geben. Ich habe das erstere Datum gewählt, weil es weniger wahrscheinlich ist, daß die von Bischof Bruno — der 1228 resignirte vergl. Gersdorff im Cod. dipl. Sax. reg. II. 1, XVIII — eingesetzten Procuratoren die landesherrliche Confirmation erst 1233 erhalten hätten. Daraus, daß Hermann hier Pleban zu St. Peter heißt, während er 1233 März 19 (No. 13) als Vicarius bezeichnet wird, darf man keinen andern Schluß ziehen, als daß die beiden Prädicate gleichwerthig gebraucht wurden; in einer Urkunde von 1233 März 14 (Or. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 312) kommt er ebenfalls als Pleban unter den Zeugen vor.

:In nomine sancte et individue trinitatis.: Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio omnibus presentem paginam inspec|turis salutem in domino salvatore. Solet annuere nostra nobilitas piis votis et honestis *petentium*a*) precibus favorem benivolum | inpertiri. Cum enim a nobis quod justum est petitur et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollici|tudinem nostre potestatis ad effectum debitum perducatur. Eapropter eorum, qui hospitali in Vriberc presunt, justis precibus inclinati personas eorum et locum cum omnibus bonis, que rationabiliter possident in presenti aut in futurum justis modis poterunt adipisci, sub protectione et tuicione nostra pro remedio felicis in Christo memorie patris nostri Theoderici Misnensis et Orientalis marchionis et pro salute nostra ac prosperitate suscipimus, precavendo ne in posterum aliquis possit suboriri calumpnie scrupulus in hoc facto, personaliter Hermannum beati Petri plebanum, Volcmarum ejusdem hospitalis sacerdotem, Euirhardum de Deneinrode[b]) et Heinricum dictum Kyuelkorn, qui ibidem a primis ejusdem loci fundamentis devote et fideliter laborarunt, quibus amministratio et procuratio a venerabili episcopo Misnensi Brunone de voluntate et consensu fundatorum Heinrici quondam advocati et Ludewici de Hunsberc tocius civitatis populo presente pariter et favente in consecracione ejusdem ecclesie est credita et collata. Unde districte et firmiter prohibemus, ne quisquam in procuratione ejusdem hospitalis jam dictas personas inquietare audeat vel etiam impedire. Specialiter agros domos areas possessiones et alia bona, que juste et pacifice possident aut in posterum possidebunt, eis et per amministrationem eorum sepius dicti hospitalis usibus assignamus. Ut autem hec rata maneant atque firma, eis litteram nostram dedimus super eo nostri sigilli munimine roboratam. Datum Grimmis anno gratie M° CC° XXX° III° kalendas octobris.

(S.)

12.

Ripertus, Ritter und Bürger zu Freiberg, schenkt dem Hospitale zu St. Johannes 1 Talent jährlicher Einkünfte aus dem Schrotamt. **1230.**

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Ueber das S. des Advocaten Ripertus (an Pergamentstreifen) vergl. die Erläuterung der Siegeltafeln im Vorberichte. Für das fehlende Stadtsiegel ist ein Einschnitt im Perg. vorhanden.
Gedr.: Wilisch Kirchen-Historie der Stadt Freyberg Cod. dipl. 4. Klotzsch Schrotamt 117.
Anm.: Vergl. Klotzsch a. a. O. 9.

11. *a)* petentu. *b) So, nicht* Veneinrode, *wie Möller und nach ihm alle Späteren lasen, lautet der Name.*